



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Perfectionibvs Moribvsqve Divinis Libri XIV

Lessius, Leonardus

Antverpiae, 1620

Cap. XXIII. De sententiae executione, & mundi innouatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46817](#)

ranus in cap.4. Ecclesiastæ, explicans illud, *Et iudicani utroque feliciorum qui neccum natus est;* dicit, *eos habituros vitam iucundiorum quam in hoc mundo naturaliter haberi possit:* & ita sentire aevnes Doctores. Scotus in 2.d. 33. q.1. probabile oenlet, *eos omnium rerum naturalium cognitionem habituros longè maiorem quam omnes Philosophi habuerunt.* Marfilius in 2.q.19. a.5. dicit *eos amatusos Denique super omnia.* Idem plerique recentiores? Neque hinc sequitur, illos

*Non habent in
propriæ beatitudinem na-
turalem.*

*Augustinus
Ep. 106. &
Hærcf. 88.*

habituros beatitudinem naturalem, aut (vt aliquando afferuit Pelagius) illos fore beatos extra regnum cælorum; quia labes peccati obstat, quod minus beatitudinem naturalem obtinere dicantur, et si forte minoria alia bona illius status habeant. Quod ad Pelagium attinet, is putauit eos verè beatos fore visione Dei, et si extra regnum cælorum, quod est hereticum. Nec obstat quod aliqui veteres durius de paruulis senserint, & maximè S. Fulgentius *De fide ad Petrum*, cap.27. quia res non erat adhuc satis discussa, nec pena debita peccato originali satis cognita.

*Non erunt in
specu ob-
to.*

Quo verò loco futuri sint, incertum. Valde credibile est, non fore concludendos in specu aliquo profundo, horrido, & tenebrioso: in tali enim loco, resumpto corpore, sine graui afflictione, quam non sunt commeriti, esse non possent. Deinde cauitas ista deberet esse maxima, & latior amplissimo Regno, ut tanta multitudo commode & absque compressione in ea posset habitare. Facile erit Deo, in mundi renouatione eis locum congruum, nimirum lucidum, amoenum, & satis capacem, etiam intra terram (si opus est) præparare. Non deerit diuina benignitas naturæ ad spem imaginem conditæ, que nulla sua propria culpa bonis cælestibus est exclusa, ad obtinendæ ea quæ excellentiæ illius naturæ sunt consentanea, ut ipsum læta & contenta in æternum veneretur & laudet. Vnde et si dicantur damnati, quia cælesti gloria ad quam erant conditi, in æternum sint priuati, tamen credibile est, eorum statum longè feliciorem ac lætiorem fore, quam sit alicuius hominis mortalis in hac vita. Hæc obiter de paruulorum iudicio.

CAPUT XXII.

De sententia executione & mundi innovatione.

LATA sententia, statim sequetur executio: nam cum Iudex sit 146 omnipotens, sermo eius est efficax. Hæc executio confisctet potissimum in duobus: nam & ignis quo mundus ardebit, summa vi irruet

irruerunt in damnatos, eosque inuoluerunt vndeque, & statim maximo
hiatu sub pedibus eorum aperiet se terra, usque ad inferos, & tota
illa multitudine in illum simul cum igne inuolente præcipitabitur.
Ignis inuol-
uet reprobos:
terra usque
inferos
Totum hoc fiet cum immenso fragore & strepitu, tum ignis cor-
ripiens, tum terræ dissultantis, tum hominum cadentium & ex-
clamantium. Colliguntur hæc omnia satis manifeste ex Scripturis;
Psal. 96. *Ignis ante ipsum* (Iudicem) *præcedet, & inflammabit in cir-*
citu inimicos eius; nimis post latam sententiam. Psal. 139. Ca-
dent super eos carbones, in ignem deyces eos, in miserijs non subsistent.
Cadent, quia ex alto vi sententia Iudicis in eos ignis cum carboni-
bus ardentiibus immittetur, quo in ignem inferni deuicitur.
Psalminus 93. *Vt mitiges ei à diebus malis, donec fodatur peccatori so-*
uea. Loquitur Propheta de extremis illa fouea, in quam cadent
omnes peccatores in die Iudicij ut ex sequentibus versicu-
lis colligitur. Hanc foueam quisque sibi peccando fodit. Psal-
mo 10. *Pluet super peccatores laqueos, ignis, & sulphur, & spiritus*
procellarum pars calicis eorum. Vbi insinuator, hunc ignem fore
sulphureum, & instar procellæ vehementissimæ impiorum incubitu-
rum, sicut in Sodomis accidit. Matth. 13. *Mittet Angelos suos,*
& colligent de regno eius omnia scandalá, & eos qui faciunt iniquitatem,
& mittent eos in caminum ignis. Quibus verbis etiam indicatur,
Angelos hunc ignem immisuros, & per illum impulsuros impios
in tartarum.

Porrò diuina virtute fiet, ut breui tempore ad terminum perue-
niatur, alioqui facilem quatuor aut quinque horis opus foret, ut natu-
rali pondere tantum patiūm absoluant, quod putatur esse mini-
mum mille leugarum. Similatque ad terminum peruerterint, terra
firmissimè se clauder, & in omnem æternitatem clausa manebit:
ita ut nullus damnatorum possit umquam exire, vel ad superiora
emergere. Spectabunt hæc omnia non solum Beati, sed etiam par-
vuli qui sine Baptismo defuncti, & iustitiam diuinam admirabu-
tur, seque felices ducent, quod tantis malis in æternū sint exempti.

147 His peractis, mundoque ab omni inquinamento peccatorum
per ignem expiatu, repente diuina virtute fiet mundi renouatio.
Renouatio
mundi fiet
subito.
Sicut enim resurrectio corporum facta est quasi in momento, ita
etiam fiet mundi renouatio tempore imperceptibili. Huius renou-
ationis multis locis S. Scriptura meminit. Isaïæ 65. *Ecce ego creo*
celos nouos, & terram nouam: & non erunt in memoria priora, & non
ascendent super cor. Tanta enim erit illorum pulchritudo & suavi-

tas, ut priora omnia quasi nihil videntur. 2. Petri 3. *Nosce celos & nouam terram secundum promissa ipsius expectamus, in quibus infinita habitat. Apoc. 21. Vidi celum nouum, & terram nouam: primum enim celum & prima terra abiit, &c. & infra: Et dixit qui sedebat in throno: Ecce uera facio omnia. Idem indicat Apostolus ad Rom. 8. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloria filiorum Dei.*

*Quomodo
fiet renoua-
tio.*

*Non erit im-
mutatio sub-
stantia mea
& ele-
mentum.*

Petrus, Quomodo haec renouatio fiet? Respondeo: Haec renouatio non fiet per interitum substantiarum caelestium corporum & clementorum, & creationem substantiarum nouarum praestantioris, ut quidam putant. Si enim renouatio corporum, qua fiet in resurrectione, non abolebit priorem substantiam corporis humani (etsi ea tota terrena & per se vilissimam sit) sed eamdem restituet, & vestiet gloria seu qualitatibus gloriiosis supra naturae conditionem: multo misius renouatio qua fiet in celis & elementis, qua per se pura, simplicia & incorruptibilia sunt, eorum substantiam abolere debet. Confirmatur ex Apostolo ad Rom. 8. vbi dicit, *creaturam (caelestia corpora & elementa) esse subiectam vanitati & seruituti; & sibi haec seruitute ingemiscere & expectare revelationem gloriae filiorum Dei*, ut & ipsa liberetur ab illa seruitute, atqui si deberet interire, non expectaret illud tempus, quia non appetit suum interitum: nec ipsa haberet spem libertatis gloriae filiorum Dei. Denique pertinet ad Opificis dignitatem, ut mundus quem initio condidit, non pereat secundum substantiam, quasi minus bene factus; sed manente eadem substantia, eleuetur ad statum supernaturalem, sicut & ipsa corpora humana. Idem docet S. Augustinus lib. 20. De Cœnit. Dei cap. 14. *Per acto iudicio tunc esse doinet hoc celum & haec terra, quando incipiet esse celum nouum & terra noua. Mutatione namque rerum non omnimodo interitu transibit hic mundus. Vnde & Apostolus ait: Preterit enim figura mundi huius. Figura ergo preterit, non matura. Et S. Hieronymus in cap. 65. Isaiae, *Nosce celos & nouam terram videbimus. Non dixit Petrus, alios celos & aliam terram, sed veteres & antiquos in melius commutatos. In eadem sententia sunt plerique Patres Latini, & ferè Doctores Scholastici, & satis insinuantur in Scriptura Psal. 148. Statuit ea in eternum, & in seculum seculi: præceptum posuit, & non preteribit. id est, constituit ut celum, sol, luna, stellæ, & aquæ caelestes permaneant in omnem æternitatem: hoc decreto suo sanxit, cuius decreti vis numquam desinet. & Ecclesiastæ 3. Didici quod omnia opera que fecit Deus, perseverent in**

per-

Augustinus.

Hieronym.

perpetuum. Nec obstat illud Psalmi 101. *Ipsi (cæli) peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut operatorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* hoc enim intelligendum de interitu secundum externam speciem, non secundum substantiam, ut colligitur ex iisdem verbis: quia vestis & experimentum quod inuertitur, non mutatur substantia, sed species externa. *Veterascat cælum temporibus nouissimis,* Quomodo
cæli vetera-
scent. *quia sol obscurabitur, & fieri niger ut fagus cilicinus,* Math. 24. *luna sanguineo colore suffundetur, stellæ diffluere videbuntur, cælum instar membranæ inuolui, &c.* Simili modo illud Domini intelligendum: *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non preteribunt.* Renouatio itaque ista non consistet in mutatione essentiae, sed status & qualitatum, (sicut renovatio corporis humani) ita ut planè aliud cælum & alia terra esse videatur. Nam primò cessabit motus cælorum, ac proinde vicissitudo diei ac noctis, hiemis & aestatis, austus & frigoris, ortus & interitus; eritque semper eadem cæli & terræ facies, eadem serenitas & pulchritudo: aberunt nubes & venti, pluiae & grandines, niues & glacies. Deinde lux solis, lumen, & astrorum mirificè augebitur iuxta illud Isaiae 30. *Erit lux lumen sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum.* quem locum Doctores cum S. Hieronymo passim intelligunt ad litteram de hac innovatione, in qua lux futura sit instar lucis solaris quæ nunc est, & lux solis septuplo maior quam sit modò; ut indicant illa verba, *Sicut lux septem dierum.* quod non potest commodè intelligi, nisi de luce septem dierum in unum collecta, seu de luce in septuplo aucta. Hinc orbes cælestes & elementa mirum in modum illultrabuntur, & planè aliam speciem induent. Credibile etiam est, innumeram stellarum multitudinem, quæ modò non apparet, tunc vi lucis illius apparitaram, ut nouorum in cælorum exhibeat speciem: non enim lumen solis obfuscabit fulmen stellarum, sed augebit ita ut omnes reddat conspicuas. Nec obsta quod modò illas obfuscare videatur: quia revera non obfuscat eas in se, sed solum nostro aspectu propter imbecillitatem oculorum: magna enim lux ita implet & obruit sua specie oculorum aciem, ut minorem lucem videre nequeat: tunc autem vis oculorum erit ita valida, ut à magna luce non obruantur, sed simul cum ea plurimas paruas luces distinctè cernere queat. Simili modo sonus magnus (qualis est campanæ propinquæ) ita implet nunc aures, ut simul paruos sonos audire nequeant; tunc autem poterunt.

Nnn 3

Aqua

Erit alia fa-
cies rerum,
ita ut omnia
videantur
nous.

Stella immo-
ra appa-
rebutur.

Quo modo
mense lumen
matus effu-
scit lumen
minus.

Aqua putatur futura limpida instar purissimi crystalli, terra fulgida instar auri, vel perspicua instar vitri, idque valde profundè, nimirum usque prope tartarum, ut insinuat S. Thomas in q. dist. 48. quæst. 2. artic. 4. Denique omnia per hanc innouationem eam pulchritudinem consequentur, que respondeat gloriæ sanctorum, seruata tamen proportione inter ipsa corpora: quod enim sublimiora sunt, eò maiore gloria decet ea vestiri.

CAPUT XXIV.

De Inferno & paenitentia inferorum.

INFERNUM vocamus locum damnatorum, in quo poenas pro 149 suis peccatis in corpore & anima sunt daturi. De quo tria nobis tractanda. Primo, ubi sit. Secundo, quanta eius amplitudo & capacitas. Tertio, quæ sunt ibi poenarum genera. De primo, certum est infernum esse sub terra. Est communis sententia Doctorum & Sanctorum, & communis fidelium sensus. Idem senserunt Philosophi antiqui & Poëtæ, qui huius rei meminerunt. Probatur ex Scripturis, Numerorum 16. *Dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum deuorauit illos, descendenteruntque viui in infernum operiti humo. Psalm. 105. Aperta est terra, & deglutiuit Daibah, & operuit super congregationem Abiron. Psalm. 54 Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes. & ad Ephes. 4. Quod autem ascendet, quid est, nisi quia & descendit primū in inferiores partes terra. ubi inferos vocat inferiores partes terra, τὰ κατώτερα μερη τῆς γῆς.* Sunt ergo inferi, ad quos Dominus descendit, ut in Symbole dicatur) in imis terræ regionibus. Denique Matthæi 12. *Vicut fuit Ionas in vidente ceti tribus diebus & tribus noctibus sic erit Filius hominis in corde terre tribus diebus & tribus noctibus. In corde terre, id est, apud inferos, ad quos Dominus descendit, ut animas sanctorum Patrum inde eriperet. Idem luculentè tradunt Patres. Tertullianus lib. De anima, cap. 55. Inferos Plato velut gremium terra describit in Phœnōne, quod omnes labes mundi abordium confluendo, & ibidem desidendo exhalent, &c. Nobis (Christianis) inferi non nuda cauositas, nec subdivisus aliqua mundi sentina creduntur, sed in fossa terra & in alto vastitas, & in ipsis visceribus eius abstrusa profunditas. Explicat hic Tertullianus coimunem Christianorum sententiam, quam deinde probat ex dicto loco Matth. 12. Siquidem, inquit, Chris-*